



**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

10 Vtrüm campsor, quando post multa cambia & recambia debitor ei soluit parte[m] aliquam, teneatur illam acceptare in sortem, antequ[m] sit satis factum detrimentis cambij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72459)

quia si nullam cautionem accepit, nec camparius eam dare potest, aut non cupit, potest a timare periculum, cui suam pecuniam, prior numerando, exponit: non tamen fideiunctionem, qua apud suum famulum videtur fideinbere.

**79** Dico Tertio, Exigere etiam potest prouisionem *qui pecuniam nominis alterius numerant*, cui debitum trahitur, id est, respondens camparius, vel camporis, qui pecuniam in loco diffito numerare debet: huic tamen satisfacere debet is, cuius nomine pecunia numeratur; (isti enim illam operam suam locatam habet, & obsequium praefstat) non autem ille, cui numeratur. unde iniqua est consuetudo quoramdam, qui cum debent v.g. 1000. aureos, mittunt chirographum ad suum respondentem, vel ad bancarium, qui iubent solvantum 1000. cum sciant ipsum nomine prouisionum detracturum 1. vel 6. de tota illa summa: debent enim curare ut integra solutio fiat. unde tenentur illud supplerre, quod ille detraxit; quamvis ille derrahendo, iniuriam non fecerit.

**80** Dico Quartò, Campor & respondens nihil posunt exigere a campario, ratione laboris numerandæ pecunia, vel scribendi litteras & mitendi ad suos respondentes. Ratio est, quia ex natura contractus hunc illi laborem debent. sicut emptor numerans pecuniā venditori, vel scribens ad amicum ut ei soluat, non potest aliquid pro eo labore a venditore petere. similiter nec amicus pecuniam ipsi numerans, quamvis huic merces debeatur ab eo, cuius nomine illam numerat.

## DVBITATIO IX.

*Vtrum possit fieri pactum de eo quod interest camporis, & vel de recambio, si campariis fuerit in mora.*

**81** *Pactum de interessu.* Respondeo & Dico Primo, Iuste posse fieri pactum de interesse, sicut in aliis contractibus: vt si campor ob hanc moram debuerit accipere pecuniam sub vsura, aut lucris per eam spectatis exciderit. Potest autem a principio dupliciter pacisci. Primo, De incerto, vt camparius cogatur omne damnum emergens & lucrum cessans, quod postea ratione dilationis obuenisse fuerit apprehensum, facire. Secundo, De certo aliquo; vt si exigat certum quid pro periculo cui se exponit, concedendo dilationem ultra terminum ordinarium: sed hoc secundum non est licitum, vbi Bulla Pij V. de cambiis seruat. alias vero per se non est illicitum, cum ea moderatione, qua dictum est c. 20. dub. 13. posse id in mutuo permitti. haec enim concessio dilationis, est tacitum mutuum.

**82** *De recambio.* Dico Secundo, Campor non potest pacifici cum campario, vt si elatio termino non soluerit, teneatur eamdem sumnam accipere ad recambio; nisi certò constet, tantum lucri illum ex illa mora amissurum, quantum ex recambio perciperet. Ratio est, quia non potest plus exigere ratione moræ, quam estimationem lucri cessantis & periculi fortis, itaque cum detimento recambiorum sapientia maiora, non potest illum ad hec obligare. Si tamen campor moraliter certus esset, se eamdem pecuniam, si termino constituto soluta fuerit, statim ad cambium tamen vel magis lucrotum dare posse; posset stipulari ut camparius teneatur tamdiu pecuniam illam per cambia & recambia ad

singulos terminos accipere, donec tandem soluerit fortein: quia hoc nihil est aliud quam illum obligare ad interesse lucri cessantis.

Petes, Vtrum tunc ipse campor & eius respondens possint confuetas prouisiones exigere? Viden- <sup>84</sup> tur enim non posse: tum quia camparius non petit illas scriptationes & gyrationes ultra citroque, sed illæ sunt gratia camporis, ut videatur semper verum cambium facilitare; tum quia non fit noua pecuniae numeratio.

Resp. Posse in rigore exigere; (quamvis id sit satis inhumani, ac proinde apud honestos non visitatum) idque titulo lucri cessantis. nam ponimus, camporem eiusque respondentem percepturos eas ab aliis, si camparius condicione tempore solutus est. Adde, has scriptiones non posse omitti, quia aliqui campor conferunt usurarius apud suos, inter quos usum receptum est, ut nisi litterarum missio appareat, censetur cambium ad eundem locum, & condemnetur tamquam usurarium, unde etiam ratione indemnitas, necessaria est litterarum missio.

Petes, Vtrum id quod camporibus debetur ratione prouisionum & interesse, possit ab ipsis continentem adiici forti, ut cambium augeant?

Resp. Id fieri non posse, nisi moraliter certi sint <sup>85</sup> se illud potuisse alii statim ad cambium dare, & *An forti* per illud lucrari; tunc enim ratione lucri cessantis *possit adi- ci.* possunt illud forti invire ad cambijs augmentum.

## DVBITATIO X.

*Vtrum campor, quando post multa cambia & recambia debitor ei soluit partem aliquam, teneatur illam acceptare in fortem, antequam sit satisfactum detrimentis cambijs.*

**N**otandum est, esse consuetudinem camporum, vt non acceptent solutionem fortis, *Consuetudo* nisi simul soluantur cambiorum detimenta, seu *campsorum*. lucra & interesse. Quidam putant id esse iniquum. Primo, Quia quando quis est debitor ex pluribus causis eidem creditor, in potestate debitoris est, soluere prius utri debito maluerit; quia debitor potest legem dicere rei tua, nempe ut sit pro debito; quod ipsis placuerit, vt habetur L. 1. 2. de solutionibus. Secundo, Quando quis est debitor ex pluribus causis, si aliquid soluat, id censetur solutum pro debito, quod magis grauat: nisi debitor contrarium exprimat; vt habetur L. 3. 4. & 5. 2. eodem titulo, atqui magis grauat debitum fortis quam usuratum, seu detimentorum, quando haec non sunt unita forti: ergo prima solutio censetur facta pro forte.

Respondeo tamen, verius esse, illam consuetudinem non esse iniquam, sed iuri consentaneam. *Non est* Probatur, Quia quando ex debito aliquo principali, tamquam ex radice, nascuntur alia debita tamquam fructus; tunc si fiat solutio, primo censetur fieri pro fructibus illis dependentibus: deinde si quid superfit, computatur in fortem, ut expressè habetur L. 1. C. de solutionibus. & L. Si usuram 2. C. de usuris. idque consentaneum est praxi in similibus debitis; vt in debito censuum, & in debito ex contractu societatis. Leges autem illarum

illæ in contrarium citata , loquuntur de debitis ex diuersis causis, hæc autem non nascuntur ex diuersis, sed ex vna eademque radice : nam alterum ex altero, tamquam fructus à re fructifera, pendet. Idem dicendum, quando aliquid debetur ratione interesse prouenientis ex mutuo ; hoc enim Iura passim vocant vñuras, quas volunt intelligi solutas ante fortem; ut patet d.L. Si vñuras, suprà.

## DUBITATIO XI.

De conditionibus, quas requirit Pius V.  
in sua Bulla de cambiis, & an omnes  
obligent.

**Cambia  
sicca dam-  
natur.** 88 **H**anc Bullam refert Nauarr. cap. 17. nu. 300.  
Respondeo Primò , Damnat Pontifex  
tamquam vñraria omnia cambia sicca;qualia sunt  
ea , in quibus ex intentione contrahentium fit  
solutio in eodem loco , cò quòd alter alibi pecu-  
niam habeat.

**Conditiones** Prima est, Ne campor ratione dilationis, vltra  
requisita à terminum præstitutum concessæ, paciscatur de  
**Pio V.** aliquo lucro; id enim esse usurarium.

**Secunda est**, Ne ab initio vel postea paciscatur de certo interesse, etiam in euentu, quo non fieret solutio debito tempore.

Vbi Notandum Primò, Solum prohiberi pactum de certo interesse futuro ratione luci cef-  
santis, vel danni emergentis. unde non prohibetur pactum de interesse incerto, quod postea ex mora campiarij comprehensum fuerit. Item non prohibetur ne poena moderata adiciatur, si ex negligentia tempore conuento non fuerit facta soluto.

90 Notandum Secundò , Nauarrum existimare, hanc prohibitionem fundari in præsumptione fraudis usuratiæ : itaque in foro conscientiæ , vbi

cessant præsumptiones , valere paustum de certo  
interesse , si moraliter confit etiud iustum esse ;  
idque etiam in locis , vbi hæc Bulla recepta fuit .  
Ita docet cap. 17. Enchiridij num. 301. versiculo  
Nota quartò . quæ sententia videtur vera , præser-  
tim cum Pontifex non irritet tale paustum : mens  
tamen ipsius est , absolute tale paustum vetare ; vnde  
erit illicitum , vbi Bulla est recepta , quamuis non  
irritum .

Tertia Conditio, Ne realia cambia aliter quam ad proximas nundinas fiant; vel si nundina non agantur, proximis terminis, iuxta receptum locorum viuum. Vbi Nota Primo, Non licet ad secundas nundinas dare cum maiori lucro quam ad proximas; cum pari tamen licere. Nota Secundo, Si quis ratione veri interesse plus exigeret quando ad secundas nundinas concedit, vel terminum ordinarium profert, peccaret contra hanc Bullam, vbi est ea recepta, & puniretur in foro exteriori tamquam usurarius; non tamen tenetur ad restitutionem ante sententiam Iudicis. Ratio est, quia in re, nulla est facta inæqualitas.

Quarta est, Vrini terminis solutionum consti- 92  
tuendis, habeatur ratio longinquitatis & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur; ne dum longiores praesiguntur, quam loca definita solutionis desiderant, scenerandi detur occasio.

Vbi notandum est, non improbari hic terminos solutionum in nundinis, qui s<sup>e</sup>p<sup>t</sup>è triplo vel sextuplo sunt longiores, quam locorum intercalatio postulet; quia non possunt illis locis comodè alij termini constitui: sed de terminis extra nundinas. videtur autem tacitè improbari constructio illa, qua campores è amplius lucrantur, quò longius est tempus ante nundinas. Verùm probabile est, eam non improbari, quando illa variatio fit communī mercatorum iudicio; id que ob causas, quæ communiter ipsis videantur æqua, ut supra dictum est. Quod ad obligacionem eius attinet, puto paucis locis, & forte nulquam ( saltem quoad omnes eius conditiones ) effici receptam.

CAPUT Vigesimvmq; Vartvm.

## De Locatione & Conductione, Emphyteusi & Feudo.

*Complectitur Dubitationes 15.*

**H**i contractus sunt inter se valde similes; nam in his vilitas & fructus rei transferuntur in alterum pro aliqua pensione vel obsequio, retento domino, saltem directo. quare de his breuiter uno eodemque capite tractabimus.

## Dybitatio I.

*Quid locatio, conductio, emphyteusis,  
feudum, & liuellus.*

*Locatio.* I **R**ESPONDEO, *Locatio* est contra<sup>t</sup>ctus, quo persona vel res aliqua ad vium vel fructum pretio conceditur. Dico persona, quia potest quis seipsum, & seruum suum locare alteri. Dico res in genere, sive mobilis sit, sive immobilis. *Ad vjuns*

*vel fructum; quædam enim locantur solum ad  
vsum, ut seruus, equus, domus, & similia, quo-  
rum fructus non est aliud quam usus ipsorum.  
quædam ad fructum, ut agri & pœcia. Item lu-  
ra, ut redditus, vestigalia. Preterea, id est, pro pe-  
cunia: sicut enim emptio requirit pecuniam,  
ita etiam locatio. alioquin si fiat pro alia re, vel ob-  
sequio, erit contractus innominatus, do vt des,  
do vt facias, &c. vide Siluestrum v. Locatio,  
num. 1.*

*Conductio* est contractus, quo persona vel res ad 2  
vnum vel fructum comparatur pretio. sicut enim *Conductio*.  
vnus idemque contractus ex parte vnius vocatur  
emptio, ex parte alterius venditio; ita etiam vnuis  
idemque contractus, ex parte vnius est locatio,  
qua est similis venditioni; ex parte alterius conduced-  
cio, qua est similis emptioni: nam emit operas,  
vel fructus rei aut personæ.